

## I. Les 6 citations de Pélagonius contenues dans le texte de Végèce

**Végèce I, 17, 15** Lommatzsch : **Pelagonius [18]** aduersus omnes morbos efficacissimum puluerem credit esse, si pullum ciconiae nondum adhuc stantem sed iam plumas habentem, uiuum in fictilem caccabum mittas et gypses, perustumque uapore furni in puluerem redigas et tritum uitreo uase custodias, exinde grande cumulatamque coclearium cum uini sextario animalis faucibus infusus, donec recipiat sanitatem.

Végèce Ortoleva I, 17, 15 Pelagonius aduersus omnes morbos efficacissimum puluerem credit si pullum ciconiae nondum adhuc stantem, sed iam plumas habentem, uiuum in fictilem caccabum mittas et gypses, perustumque uapore furni in puluerem redigas et tritum uitreo uase custodias; exinde grande cumulatamque cochlearium cum uini sextario animalis faucibus infusus donec recipiat sanitatem.

**Végèce III, 13, 2-4** Lommatzsch : Huius **Chiron** talem compositionem saluberrimam creditit (...). Pelagonius quoque [**P. 390**] quadrigarii pulueris eiusmodi composuit confectionem : cinnamomi, spicae Syriacae, spicae Indicae, croci Siculi, murrae troglitis, scinuanthus, piperis nigri, piperis longi xylocinnamomi, casiae, betonicae, casiae nigrae, trixaginis, folii, nardi, lentisci, cepae Indicae, acori Pontici, meu, turis masculi, iris Illyricae, thymi Cretici, piperis albi, calami Syriaci, asari Pontici, petroselini, mannae croci, mali terreni, gentianae, rosae aridae, casiae fistulae, inulae : haec omnia aequis ponderibus pro modo animalium misces, conteris, cribras, in pyxidem vel uitreum doliolum condis et cum opus fuerit, singula coclearia vel amplius, si uires animalium patiuntur, iumentis singulis dabis, addito uino uel oleo. Interdum aliis potionibus misces, si ratio artis uel cura mandauerit. **Apsyrtus** quadrigarium puluerem hac ratione composuit.

**Végèce III, 14, 1-5** : Huius **Chiron** talem compositionem demonstrat (...). Pelagonius [**515**] causticum, quod suffusiones uescasque siccaret in genibus uel in articulis, hac ratione composuit : cerae Punicae lib. I, resinae pond. II, galbani unc. VI, asfalti Iudaici pond. II, murrae secundariae pond. II, uisci Campani pond. II, bituminis lib. I, hammoniacy unc. VI, costi unc. VI. Verum cetera decoques in caccabo fictili novo ; quae cum refrixerint, addes asphaltum et hammoniacy et costum pro mensura, qua scriptum est, tritum ad modum farinae, et agitabis et iterum recoques, ut sit una substantia. Quo uteris aduersum uescas et suffusiones, quae nascuntur in genibus aut tibiis aut internodiis aut articulis, usque eo ut etiam ossilagines curare credatur.

[**P. 516**] Malagma quoque causticum hac uoluit ratione componi : picis pond. II, cerae pond. II, galbani unc. III, resinae lib. I, adipis taurini pond. II, bidellae unc. III, turis pollinis unc. VI, resinae terebintinae unc. VI, uisci pond. II, glutis unc. III. **Apsyrtus** eiusmodi causticum ad curam composuit glandularum (...)

**Vég. III, 27, 1-3** : Collyriorum quoque confectiones **Apsyrti Pelagonii Chironisque** subiecimus. (...) Pelagonius [**445 bis**] tale collyrium monstrat : oleum, sal, butyrum, resinam, cerussam, opobalsamum addito melle pariter deteri atque componi et alternis diebus induci usque ad sanitatem. Nardinum quoque collyrium hac ratione composuit [**P. 423**] : uiolae unc. I, spicae nardi semunc., casiae semunc., murrae unc. III, croci unc. III, olei cyprini unc. VI, piperis albi unc. II, cummi unc. III. Item alia compositio collyrii [**P. 424**] : (...). **Chiron** etiam...

## II. Parallèles du texte de la cigogne

### - cigogne

**Pélagonius** 18 Gitton-Ripoll : Item puluis PELAGONI apopiras. Ciconiam quae adhuc non stat, sed tamen quae iam plumulas habet, uiuam mitte in caccabulum fictilem et gypsa et in furnum mitte. Inde cum fuerit puluis factus, id est cum fuerit tosta, in mortario tere et puluerem <fac> et repone in olla uitrea, et, cum necesse fuerit, cocliare sed grande plenum cum uino Afro faucibus infunde, quamdiu sanus sit. Certissimus et salutaris puluis est.

18. R ; Hipp. Par. 46 (Hipp. B. 4, 6) ; VEG. 1, 17, 15 ; cf. CHIRON 965, 1 ||

18. fac ego ex ποιει B : om. R ||

« Encore une poudre, d'après l'expérience de Pélagonius. Jette vivant un cigogneau qui ne se tient pas encore sur ses pattes, mais qui a déjà du duvet, dans une marmite en terre cuite, lute-la et mets-le au four. Puis, quand la poudre sera prête, c'est-à-dire quand il aura été rôti, broie-le dans un mortier, <réduis-le> en poudre, et mets de côté dans un pot en verre ; quand tu en auras besoin, verse dans le gosier une seule cuillère, mais grande et pleine, avec du vin d'Afrique, jusqu'à ce que le cheval guérisse. C'est une poudre très sûre et salutaire. »

**Chiron** 965 Oder. *Ad morbum equorum, equarum et mularum. Ciconinas iam paene uolantes in ollam rudi cum plumis omnibus et pinnis mittis, et postquam carbo fuerit factus, in quolibet uaso puluerem tritum habebis. Et cum uolueris potionare, coclia in uino ueteri mittis et sic per triduum dabis, et de omni morbo emendabis.*

**Pline** 29, 128 *Ciconiae pullum qui ederit, negatur annis <multis> continuis lippiturus,* « quiconque aura mangé un petit d'une cigogne sera préservé, dit-on, de la blépharite pendant plusieurs années consécutives » (CUF)

### - alouette

**Marcellus** 29, 30 (CML 1968) *Corydallus auis, id est quae alaunda uocatur, quae animos hominum dulcidine uocis oblectat, cum sua pluma in uaso fictili gypsato in furno posito ita conburitur, ut teri possit, contritae autem tenuissimus puluis reponitur et, cum opus fuerit, ex eo cocliaria duo uel tria aqua calida per triduum aut quadriduum dantur. Incredibile hoc colicis remedium, quod adeo prodest, ut omnia medicamina merito superare uideatur,* « Eine Haubenlerche, d. h. diejenige, die alaunda genannt wird, die die Gemüter des Menschen mit der Süße ihrer Stimme erfreut, wird mit ihrem Gefieder in einem vergipsten Tongefäß, das in dem Backofen gestellt wird, so verbrannt, daß sie zerrieben werden kann, das sehr feine Pulver der zerriebenen (Lerche) wird aber aufbewahrt, und wenn es erforderlich ist, werden davon zwei oder drei Löffel voll mit warmem Wasser drei oder vier Tage hindurch eingegeben. Dieses Heilmittel ist für die am Grimmdarm Erkrankten unglaublich, weil es so sehr nützt, daß es alle anderen Heilmittel an wohltuender Wirkung zu übertreffen scheint ».

### - hirondelle

**Celse** IV, 7, 5 Spencer : *Vulgo audio, si quis pullum hirundinum ederit, angina toto anno non periclitari ; seruatumque eum ex sale, cum is morbus urget, conburi, carbonemque eius contritum in aquam mulsam, quae potui datur, infriari et prodesse. Id cum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quicquam periculi possit, quamuis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum huic operi meo credidi,* « I hear it commonly said that if a man eat a nestling swallow, for a whole year he is not in danger from angina ; and that when the disease attacks anyone it is also beneficial to burn a nestling which has been preserved in salt and to crumble the powdered ash into hydromel wich is administered as a draught. Since this remedy has considerable popular authority, and cannot possibly be a danger, althought I

have not read of it in medical authorities, yet I thought that it should be inserted here in my work ».

**Pline 30, 34** *Multi cuiuscumque hirundinis pullum edendum censent, ut toto anno non metuatur id malum [angina]. Strangulatos cum sanguine comburunt in uase et cinerem cum pane aut potui dant,* « Beaucoup pensent qu'il suffit de manger un petit d'hirondelle de n'importe quelle espèce pour n'avoir pas à redouter l'angine de toute l'année. On étrangle les hirondelle, puis on les brûle avec leur sang dans un récipient et on donne cette cendre avec du pain, ou dans un breuvage » (CUF).

**Cassius Félix 37, 4** (*diachryma dia chelidonon*). *Oportet autem pullos hirundinum parui sale aspergere et in olla fictili crudos mittere et sic opertos exurere,* « il faut répandre un peu de sel sur les petits d'hirondelle, les mettre crus dans une marmite d'argile et les faire cuire ainsi avec un couvercle » (CUF).